

opem confugere : quibus triginta Tyrannos præteritis annis A obtulerant, urbis moenia edificare prohibuerant quorumque urbem à fundo fuberere, & Atacam vastatione deperdere voluerant. Nam necessitate, atque fortuna nihil est valentius: quæ docuerunt Lacedæmonios, etiam infestissimis hostibus se supplices abicere. Neque verò hæc eos spes frustrata est. Nam populus Atheniensis, cum esset magnanimus, iuxta, & facilis Thebanorum vires non reformidarunt, & Lacedæmonis de libertate periclitantibus, cum universis civibus supplicis tuleret. Duce electo Iphicrate. Miserunt postea Legatos, ex omnibus Spartanis nobilissimos viros, & de Imperio transierunt, ut Athenienses maris, ipsi verò terra dominatum possiderent. Post hæc in utraque urbe commune Imperium constituerunt. *Diod. lib. 5.*

Artabanus Parthorum Rex, Satraparum conspiratione regno pulsus, cum cognatis, & familiaribus circiter mille numero, incidit in Izatem Adiabænorum Regem in itinere. Ad quem propius accedens, primum adoravit more patrio, deinde in hæc verba erupit: Ne despicias me, Rex, tuum supplicem, neve contemnas opis indignum. Dejectus enim in privatam fortunam è regio fastigio, ad tuum auxilium confugiens. Quamobrem ad instabilitatem humana felicitatis respiciens, tuis quoque rebus prospice, cum intelligas, quibus omnes sumus obnoxii casibus. Izates autem addito ejus nomine, vidensque aflare supplicem Artabanum, ab equo descendit: & Bono, inquit, animo esto, Rex, invenisti amicum, & socium: aut enim te in Parthorum regnum restituaui, aut meum tibi cedam. Hæc loquutus, imposito in equum Artabano, ipse cum comitatu pedibus, ut majori Regi hunc honorem exhibens. Id Parthus Rex tulit permoleste, quoad etiam Izates in equum insiluit, & perducto in suam regiam, omnem honorem habuit. Scripsit etiam ad Parthos, suadens ut suum Regem reciperent, fidem suam interponens, non fore eum injuriarum memorem. Parthi verò non recubabant cum recipere, sed posse se negabant, quod jam Principatum dedissent alteri, nomine Cinnamo: periculum enim esse, ne, Artabano revocato, omnia flagrantem bellis civilibus. Cinnamo autem voluntate procerum cognita, cum esset alumnus Artabani, scribit ei, ut accepta à se fide reverteretur, recepturus amissum dignitatis fastigium, à quo ille persuasus, rediit. Cinnamo autem obviam profectus, adorato, & Regis appellatione salutato, diadema suo capiti detractum imposuit. Artabano Izate opera in regnum suum restitutus, affectu Izatem maximis, qui apud ipsos habentur, honoribus. Nam & tiam rectam ei gestare permisit, & in aureo lecto cubare, quæ honoris insignia concessa sunt solis Parthorum Regibus: donavitque ei regionem magnam, ac bonam, ademptam ditioni Regum Armeniæ, cui nomen est Nilibus. *Joseph. lib. 20. cap. 2. Antiqu.*

NON FRADENDO.

Aristodocus Cumæus Pactyam supplicem Perſis tradere recusat. *Herodotus.*
Apud Sybaritas Telys quidam populi Dux, cum in magna plebis esset gratia, potentissimum quemque calumniari apud populum cepit, donec tandem Sybaritis persuasit, ut quinque ex distillimis civibus urbe eicerent, opibus eorum in publicum redactis. Hi Crotona petunt; ibique ad aras in credas supplicum more confugiunt. Telys Legatos ad Crotoniatas mittit, ut exules dedant. At illi cum exules dare nollent, bello ab illis petiti sunt, quo excisa est Sybaris. *Diodorus lib. 12.*

Rebellaverat Thrasy mundus, Dux Spoletanus, contra Luitprandum Longobardorum Regem. Luitprandus coacto ingenti exercitu, paucis diebus omnia Thrasy mundo ademit. Is cum jam in ultimum discrimen se deductum vidisset, fide à Gregorio Pont. ac Stephano Patricio Romano accepta, fore ipsum apud eos incolumem: Galeſt arcem, quæ juxta Liberim posita est, populo tradidit. Luitprandus Thrasy mundum dari sibi deſcebat, Romani obſtare Thrasy mundo datam fidem aiebant. Indignatus igitur Luitprandus, vastato agro urbem obſedit, diripuitque oppida quedam agri Romani, quæ ademerat: omnia tamen ferre Romani, quam datam violare fident maluerunt. Tandem pacè facta, Thrasy mundus in integrum restitutus est. *Fulg. lib. 6. c. 5. & Egnat. eodem.*

Oſtavius Iegenus, Britannia tyrannus, à Traheri Constantini Imp. Legato victus, ad Fincormaco Scotorum Regem veteris hostij jure confugerat. Traherus Fincormaco hospitem tradere recusanti bellum indixit. Pugnatum maguis

animis viribusque: Scoti in exercitu supra LXXM. habebant. Cecidere ex Scotis XV. ex Romanis XVIII. Traherus in Galliam fugit, Octavius regnum occupavit. *H. Boethius lib. 6.*

Cum Gulielmus Notius Normannus, caſo Heraldus, regnum Angliæ occupasset, Edgatus, Eduardi Regis nepos, in Hungariam ad avum navigans, cum matre & fororibus in Scotiam eſectus est. Malcolmo Scotorum Rex eos hospitaliter excepit, & Margaritam ejus omnem in uxorem accepit. Gulielm. interea amicos Edgati omnes prohibuit, & à Malcolmo Edgatum ad se mitti petiit. Malcolmo verò fidem hostij, & affini constantem servante, bellum atrox exortum. Tandem pax facta his legibus, ut cum Northumbria partem (quæ campum petrosum Stainmoir vulgò nominant) & Tuedam interjaceret, Cumbriamque Malcolmus haberet, & pro illis in verba Anglorum Regis juraret. Crux verò lapidea medio erigeretur campo Stainmoir, cum duorum à lateribus Regum status: quarum altera fides Angliæ ditionis, altera Scoticæ terminum significaret. Ea Retrois, hoc est, Regum crux appellata. *Idem lib. 12.*

Borichus Colomanni Ungariæ Regis nothus, in Ludovici Gallorum Regis, Hierosolymam cum exercitu per Ungariam petentis, castra clam ingressus, regni occupandi occasione quaerebat. Id ubi Geysa II. Ungariæ Rex intellexit, debi sibi hominem postulat. Borichus se deprehensum sentiens, ad Ludovici pedes se abiecit, ejusque fidem imploravit. Quam Ludovicus tam sanctè præstitit, ut Geysæ Legatis Borichum, improbitatem exaggerantibus, responderit. Tabernaculum Regium atam, pedes Regios aſylum miseris esse, nec salva pietate quenquam inde abſtrahi poſſe, vel debere. Borichus tamen Geysæ potentiam veritus, subtracit Ludovici Regis equo, auſugit. Eum Hipparchus patri pernicitate ſubſequutus, & aſequutus, in primo congreſſu ſtatim ab eo interfectus est. *Bonfin. lib. 6. Dec. 2. & Emil.*

Despotes Georgius Myſia Turcis exactus, poſt Signifundum Imp. & Ungariæ Regis mortem, ob graviffimas Pannoniæ diſcordias, cum Lazaro filio, ac fortunis omnibus Ragufium se receperat: ratus in libera fe civitate liberè victurum. Multum ſecum auri, gemmarumque portarat, quando opulentiffimo, auſeriticoque regno diu quietus erat. Quinquies centena aureum millia in Ragufium arario, quo tutius aſſervarentur, recondidit ferunt. Dum in hac tranquillitate verſatur; ecce ad Senatam Amurathis literæ mittuntur, quibus Ragufium hortatur, oraturque, ut Georgium ſibi tradant, ejus opes, fortunaſque retineant: nil præter hominem aliud expoſcit: ut cum filiis, & regno, patre quoque potiatur. Pro beneficio perpetuum fe cum Ragufinis ocium, ſceduſque continuo initurum pollicetur. Recitatis in Senatu literis, cum Patres dicere ſententias juberentur, unico omnes conſilio Barbari ſacinus abominantes, nullo avaritiæ ſcelere Ragufinæ Rep. dignitatem inſeſtandam ejus cenſent, neque hoſpiti fidem cuiquam violandam. Georgium exemplo in Senatum acciri jubent. Qui cum ocium aduiffet, auditis Amurathis inſidiis, conſeſſum expoſullit. Quod cum Senatores intellexiffent, cum bono animo eſſe jubent, omni principem ſuſpicionem liberant. Cum fe aliquantisper ille collegiffet, ne cujus cum profana gente belli auctor eſſet, propediem fe abiturum eſſe recepit: dimiffus à Senatu, ad Ungaros, regnante Uladiſlao, conſugit, quorum auxiliis amiſſum regnum recuperavit. *Bonfin. lib. 4. Dec. 3.*

Hippolytus, & Alexandrum Medicos, patria à Florentinis eſectus, Lucentes ex decreto publico amiffimè, & lautiſſimè de more civitatis ſuſceperunt, & Florentinis per publicas literas ſibi eos dedi depoſcentibus, integra fide fe illos conſervatos reſponderunt. *Jovius lib. 25. Hiſt.*

NON LEDENDO.

Ducetius Siculorum Dux, cum Syracuſanos variis cladibus aſſeciffet, poſteaquam Thrasybuli tyranidem exuiffent, ad extremum mutata fortuna à ſuis partim deſertis, partim proditis, noctu in forum Syracuſanum venit, & aras amplexus, toti civitati ſupplicis factus, fe ſimul & regionem ſuum illo rum fidei commiſit. Quibusdam eum pro hoſte habendum cenſentibus, religionis reſpectu ceteri manus ab eo abſtinere juſſerunt, neque ejus merita, ſed Syracuſanorum fidem ſanctè ſervandam. Itaque a populo univerſo acclamatum eſt, ſupplicem ſalvum eſſe oportere. Ducetium igitur ſupplicio liberatum, Corinthum relegarunt, ut illic reliquum atatis ageret, quæque ad vitam neceſſaria requiri videbantur, ei liberaliter ſuppeditarunt. *Diod. lib. 11.*

Cum

Cum Sanctius II. Caſtuloneniſis, Navarenſiſque Rex, fratrem ſuum Alphonſum, Legionis, Luſitaniæ Regem, cepiſſet, & invitum monaſticam religionem proſiteri coegiffet: clam prius fide accepta, ad Almenonem Atacem, Toletanum Regem, Alphonſus à monaſterio profugit. Ab eo benigne exceptus, cum ceu filius haberetur, Magi quibusdam notis Almenoni oſtenderunt, ſe deprehendere, hunc Alphonſum aliquid quando Mauritum Imperij evertere fore, & ob eam rem, ut quæ interiret, horrabantur. Aſſentiri illa ſuadentibus Mauritum nunquam voluiſſet juſjurandum modò ab Alphonſo cepit, dum viveret, vim Tolecto non illaturum. Cum haud multò poſt, deſuncto Sanctio, ad Alphonſum ipſum, non regna modò, quæ ante habebat, occupatore mortuo, verum etiam, quæ fratris erant, hæreditario jure perveniret: Almenoni denuo ſuaſum eſt, ut Alphonſum retineret, quia tantorum regnorum Dominus maximi auri pondere redimi poterat. Sed Mauritius in fide perſiſtit, dimiſſumque in Caſtuloneniſe regnum, comitatu ingenti, ac muneribus profectus eſt: quia norat, Alphonſum à ſuis clam de fratris morte monitum (eſſi non deant qui contra ſuaderent) abire ipſo inſultu noluiſſe. Qui igitur quatuor ingentia regna ſecum conſideraverit cum magnis theſauris ad Alphonſum perveniſſe, & præterea à natura inſtitum Maurit adverſus Hiſpanos odium (quæ duo, non Mauritum modo hoſtem, ſed quemvis alium ab officio deducere poſſunt) Almenonem fidei maximum cultorem fuiſſe judicabit: nec minus Alphonſum, quod ob eadem cauſas non modo clam profugere non tenaſſet, ſed datam ſidem præſtiterit: atque ut Almenonem adverſus Cordubenſem Regem juvaret, Toletum fe in ejus poſtulatam contulerit. Sed nec eſſit Almenon, cum Alphonſi fidem ſecutus, poſtea in ejus caſtra profectus eſt. *Fulg. lib. 6. c. 6. & Egnat. l. 6. c. 6.*

Alphonſus Ateſtinus Ferrarieniſis Dux, diuturno bello à Pontifice Julio II. auxiliis Venetorum inſtructus, vexatus à victoria ad Ravennam anno 1512. XI. Aprilis inſigni prudentia, æquo ſibi tempore, & adverſariis pernicio pacem à Pontifice petendam judicavit, ratus eum honeſtis conditionibus, & dari, & accipi poſſe, quod molliorem, priorẽque ad id Julium fe inventurum ſperaret, vel ob id maxime, quod ſuprà amici exercitus detrimentum, multo metu, graviſque periculo circumvenſus eſſe videretur. Itaque per Fabricium Columnam, quem Pontificiſſe eſſe Ducem in pugna Ravenneniſi captivum factum in libera curtoſia Ferrariæ habebat, ſoleret egit, ut non iniqua conditione ſibi parceretur. Alphonſus igitur præclarum probitatis, atque prudentiæ ſuæ ſpecimen daturus, ſidem datam, pollicenteque Fabricio, Romam venit. Eum ſupplicem Pontifex fe admiffit, ut non dubia lenitatis, & clementiæ ſigna vultu, & alloquiis præbere videretur, niſi eum Albertus Plus Carpenſis, ſumme auctoritatis conſiliarius, qui capitales inimicitias cum Alphonſo exercebat, depravaſſet, ſic ut eum, vel neglecta Fabricii fide omnino comprehendendum ſuaderet. Quo gravi nuncio ex imminente contumelia vehementer perturbatis Fabricius, & M. Antonius Columnni, potentiffimorum clientem manum ſibi fidam compararunt, notòque Alphonſum urbe Roma, ut tertius, expugnatiſque curtoſidibus Lateranæ portæ, incolumem ad Marinum ſuæ ditionis oppidum deduxerunt. Eum poſtea paſſim diverſentem per Latina oppida, & ex tuto latitantem proſper Columna ſuſcepit, modò gregarii equitis, modò lixæ, aut venatoris, nonnunquam Sacerdotis habitu in tutum perduxit, fruſtra eum deſcente, quarantateq; Julio, qui ad eum agnoſcendum, perquirendumque perloſque miſerat exploratores. Nec Julius, vel natura ſarcidus ab ejus facti contumelia, quamquam vehementer angſi, & fremere videretur, quidquam in Columnnis proceres æquo ſeverius decrevit, aut Alphonſum, quem ſibi ad pedes in ſpem veniæ proſectum viderat, nobili quodam pudore exorto, quod generoſe parere ſubjecto neſciſſet, armis ulterius vexavit. *Jovius in Alphonſo.*

LIBERTATI RESTITUENDO.

Poſt Perſarum ſtragem ad Platæas editam, tranſfugit ad Græcos mulier quedam, quæ erat pellex Pharadatis filij Theaſpis viri Perſæ, multo auro ornata, cum veſte ſpecioſiſſima, carpeno veſta: ex coque deſcendens, Pauſaniam Imperatorem Lacedæmoniorum, cujus nomen jam pridem, & patriam didicerat, accedens: Sparte Rex, inquit, libera me ſupplicem captivitatſ ſervitate, quin etiam hoc factò demeritis es, quod illos extinxit, neque dæmonum, neque deorum reſpectum habentes. Equidem genere ſum Coa, Hægoridæ Antagoræ L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

filia: vi raptam ex Coo vir Perſes habuit. Huic reſpondens Pauſanias. Bono, inquit, animo eſto, tum quia ſupplicem, tum quia multa loqueris vera. Nam filia es Hægoridæ Coi, mihi inter omnes, qui illa circa loca incolunt, hoſpitiſ ſummi Hæc locutus, eam in præſentiam Ephoris, qui aderant, commendavit. Poſtmodum in Æginam, quod illa voluit, ducendam curavit. *Herod. lib. 9.*

Romani tres Oratores in navi longa Delphos miſere, qui craterem aureum loco decimæ è Veſtorum præda collata, Apollini offerrent. Liparenſium naves eos ad Æoli Inſulas ventos deſtitutos pro prædonibus perſequebantur. Qui ubi ſupplices manus tetenderunt: à vi quidem abſtinerunt illi, ſed navem alligatam deſixerunt in portum. Cum autem piraticam judicaſſent, & res, atque corpora ſub hafta venderent: agrè uniùs virtute, & auctoritate viri Timothei prætoris ſunt induciti, ut dimitterent eos: quos eſt cum præſidio etiam navium ſuarum profectus, adutorque in dedicando dono ſuit. Quæ res merito ei Romæ honori ceſſit. *Plin. in Camillo.*

Cicero cum cauſam oraturus eſſet apud Centumviros, jamque dies inſtaret. Erorant ſervum manuſſit: eo quod nunciiaſſet, cognitionem in poſterum diem fuiſſe prorogatam. Tantum enim temporis ſibi ad examinandum ea, quæ concepiſſet, datum eſſe gaudebat.

POPULARITATI DATA PRÆMIA.

Gelon cum in Himereſi pugna deviciſſet Carthagenenſes, univerſam Siciliam ſub ſuum Imperium redegit. Poſt nudus in forum progreſſus, affirmavit fe civibus Imperium reſtituere velle. At illi renebant, experti ejus humanitatem, quod videlicet popularior eſſet, quam pro poteſtate monarchæ. Propter hanc cauſam Syracuſani in Sicilia ſimulachrum ipſius in delubro Junonis nudum poſuere. *Ælian. lib. 6. de Var. hiſt. & Diodorus.*

Damophilus, & Megaclidis apud Ennenſes filiam, Servi ſeditioſi, interfectis præs parentibus ob humanitatem ſolam è tota familia ſervarunt. *Diod. Sic. lib. 24.*

Cn. Pompejus Phraati Parthorum Regi bellum illaturus cum audiret multa ejus in populum Romanum extate beneficii, non tantum ab eo bello deſtitit, ſed neque Tigrani etiam, cui Parthi bellum intulerant, auxiliatus eſt: quin potius ambobus arbitros dedit, è quibus eorum diſſidia componeretur. *Dion. Niceus in Pompejo.*

Rex Alphonſus Aragonius, cum eſſet multis Neapolitanorum procerum invitus, & poſitiſſimum Andegavenſi factioni, diligenti eſceptus, poſteaquam deprehendit eum venantem in ſylva, adjuviſſe ſua manu carbonarium, alium ſuum in ſolam deſapum ſublevantem. *Lud. Vives de Anima l. 3.*

MODESTIÆ, ET PUDORIS PRÆMIA.

Romani profecti erant civitatum Græciæ Legati, ut injurias quererentur, quas Philippus Macedonum Rex inſerebat. Et cum in Senatu de ea re ageretur inter Philippi filium Demetrium, atque Oratores, quia Demetrius non modo argumenta deſenſionis adverſus tam multa crimina, quæ verè patri obiciebantur, amiſiſſe videbatur, verum etiam præ pudore vehementer erubuerat: Demetrii honeſtate motus Senatus Rom. ab accuſationibus ipſum, patreque liberavit. Plus enim iniquæ patris cauſæ filij ſilentium pudore proſuit, quam cujuſvis ingens eloquentia poſuiſſet. *Fulgof. l. 8. c. 1.*

URBANITATIS.

Cum Principes Syriæ, & Phœniciæ urbium, Alexandria conveniſſent, ut auctiori vectigalium intereſſent: cum dies auctioſis veniſſet, licitabantur nobiles ſuæ quiſque patriæ vectigalia: & cum octo millia talentorum colligerentur è vectigalibus Cæloſyriæ, Phœniciæque, & Judææ, ac Samariæ, Joſeph. Judæus, Hircani pater (qui ad Ptolemæum Evergetem legatus miſtus erat) culpabat illos licitatores, tanquam de composito tam parvum Regi pretium promitterent, ſe enim paratum duplum numerare, relictis Regi dammatorem conſultationibus, quæ prius publicanis ſolebant accedere. Rege liberent hæc audiente, & ut amplificatori redditum fuorum addicturum fe promittente, rogante tamen, Equos fidejuſſores habere: ſeſtively reſpondit, Daturum fe homines probos, & honeſtos, quibus non gravaretur credere. Quos ut proſerret poſtulat. Te, inquit, Rex dabo, tuamque conjugem, ut alter alteri pro me fidejubeat. Tum Rex arridens, permisit eum abſque fidejuſſione habere vectigalia. *Joseph. lib. 12. c. 4. Antiqu.*

Pp

JUSTI-

A Salphaadi Manassite in deserto mortui filiam, propter patrem probitatem, in terra sanctæ divisione ratio habita fuit à Moysè. Num. 27.

Principio rerum, Gentium, nationumque Imperium penes Reges erat, quos ad fastigium hujus majestatis, non ambitio, popularis, sed spectata inter bonos moderatio provehebat. Justin. lib. 1.

Apud Sunitas quotannis & adolescentes, & virgines publicè judicantur: & qui optimus judicatus fuerit, virginem, quam voluerit, ducit: deinde post eum secundus, & sic deinceps, Stobæus serm. 42. ex Nicolai scriptis de Gentium moribus.

Medi cum ab Assyriis defecissent, Deojcem propter justitiam Regem elegerunt. Herod. lib. 1.

Arsaces latro propter justitiam in partienda præda in Regem Parthorum electus fuit. Fulg. lib. 3. c. 4.

Menandro cuidam, qui justè apud Bactros regnaverat, post in castris defuncto, de cætero iusta civitates promissæ fecerunt: verum de reliquis cum conflictarentur inter se, agrè convenit inter eos, ut partibus æquis cinerum acceptis digrederentur, excitarenturque apud omnes ejus monumenta. Plut. in Præceptis politicis.

Alitemii Libyes celerrimum inter se Regem eligunt: ex reliquis honorem deserunt iustissimo, Nicol. de Morib. Gent. ex Stobæus serm. 42.

Aristidis Justi filias ex prytaeo scribunt sponis ab Atheniensibus elocatas, populum sponsalia publicè fecisse, actria millia drachmarum dotis utriusque scivisse. Filio Lysimacho minas argenti centum, totidem jugera agri arboribus confita dedit populus, alias insuper quaternas in diem drachmas attribuit ex rogatione Alcibiadis. Præterea cum Lysimachus reliquisset filiam Polycretam, ut refert Callisthenes, huc quoque annonam, quantam Olympionicis, scivit populus. At Demetrius Phalereus, Hieronymus Rhodius, Aristoxenus musicus, & Aristoteles, si modo liber de Nobilitate inter germanos Aristotelis libros est recentendus, Myro tradunt, Aristidis ex filia nepem, à Socrate illo sapiente domum acceptam; habuisse illum quidem aliam uxorem, verum eum hanc viduam, & per inopiam omnium rerum egenam recepisse. Cæterum refellit abundè hos Panætius in libris, quos de Socrate conscripsit Phalereus in Socrate, cognosse refert se inter Aristidis nepotes ex filia oppido pauperem Lysimachum, qui iuxta locum, quod Jaccheum appellatur, sedens, vitam interpretandis ex tabula quadam somnis toleraret: cuius matri, & materteræ se rogationem ferentem obtinuisse apud populum, ut triobolum in dies singulos dono daret. Ipse Demetrius tamen corrigens leges Athenis decrevit utriusque mulieri drachmam. Plut. in Aristide.

Trajani Imperatoris justitiam, quanti fecerit Romani, inde patet, quod ejus bonitas, inter felices acclamaciones, quæ à Senatu Romano Successoribus fiebant, commemorabatur: Trajani bonitate in aliis æque, atque Augusti felicitate desiderata. Fulg. lib. 18. c. 16.

Hermannus Biling, (sic enim lib. 8. Metropoleos, c. 8. fortè à justitia dicitur) obscuro loco natus, sed procerò corpore, ingenio acri, moribus optimus, Othoni I. Cæsari ob fidem, & industriam probatus, ejusdemque liberis præpositus, Albianam Saxoniam, quæ jam inde à Vedekindo Duce nullum peculiarem Principem habuerat, ab Imp. in Italiam proficiscente, regendam suscepit. Septem mansionarios suos, totidem prædium suis paternis præpositos, facti convictos, suspendendos curavit: agros suos incultos manere æquo fierens animo, dum justitiæ cultus integer esset. Reversus ex Italia Imp. cum illum probè omnia administrasse deprehendisset, jamque secundo in Italiam vocaretur. Principem creavit: eoque Ducatu, quem usque hodie administrant Duces Saxonie, ad Albim habitantes decesserunt, donavit: arma addens caruleum leonem in albo campo, interjectis maculis, quæ nunc Lüneburgensis sunt Ducatus. Unde conjectura est, eam quoque ditionem tum Hermannò paruisse. Crantzii lib. 4. Saxonie, c. 8. g. 15.

FIDEI PRÆMIA

Platæntes, qui quid agrorum urbem suam, & Athenas possidebant, Cereri consecratarum, Atheniensibus donarunt, ut ex oraculi præscripto in factis Eleusine campis contra Mardonium pugnaretur. Alexander Magnus cum Plataearum ur-

them muro nudatâ offendisset, pecunia sua muro sepfit, in liberalitatis præmium, quo Platæntes universam affecerant Græciam. Fulg. lib. 4. c. 8. ex Plut.

Lysias (vel Lydiades) Megalopolitanus, suæ ipsius patriæ tyrannus, ferromibus falsis, & variis, qui de tyrannide, ut re beata, & mirifica referabantur, factus est. Ast ubi tyrannidem paravis, brevi molestravit, quas trahit secum dominatus, pertectus, cum suspiceret, & timeret infidias tendentem Aratum, eo accito depositò dominationem, contribuitque civitatem suam Achais. Hinc extollentes eum Achai Prætorum creaverunt. Ejus rei causa cum à Lacedæmoniis in prælio interfectus esset, à Cleomene Rege pulcherrimè ornatus, Arcadibus remissus fuit ad sepeliendum. Plut. in Arato, & Pausanias in Arcadibus.

M. Cornuto Prætorè funus Hircii, & Panfæ consultum iustū, & Senatū locante, Qui tunc libitanim exercebant, tum rerum suarum usum, tum ministerium suum gratitum polliciti sunt, quia ita pro Republica demicantes occiderant: perseverantique postulatione excederunt, ut exequiarum apparatus sextertio nummo, ipsis præbentibus, addiceretur, quorum laudem adjecta lege conditio auget magis, quam extenuat: quoniam quidem questum contempserunt, nulli alii rei, quam quælibet viventes. Val. Max. lib. 5. c. 2.

Cum Q. Fabius Maximus quinque Consulatus salubriter Reip. administratis dedecisset. Pop. Rom. certatim as contulit, quò major, ac speciosior ejus funeris pompa duceretur. Elever aliquis premia virtutis, cum animadverbat fortes viros felicibus sepeliri, quam vivere ignavos. Idem ibid.

Alexander Macedo Platæntium civitatem sua pecunia mœnibus cinxit, quò bello Persico agros Atheniensibus adjecisset, paratissimisque ad mortem animis corpora sua pro communi Græciæ salute obtulissent. Pont. c. 34. de Liberalitate ex Lampridio.

Alexander Severus, ubique de Repub. benè meritum protequeretur esset, ante illi gratias agebat, & suo, & Reipub. nomine, quòd ita quidem Rempub. gessisset, ut benè de ea meritis judicaretur. Non enim ignorabat vir integerrimus, illud liberalitatis proprium esse, ut dona ipsa gratis verbis exornentur. Idem c. 24. de Lib. ex Lamp.

Augustus Cæsar proximum à diis immortalibus honorem memoriæ Ducum præstitit, qui Imperium Populi Romani ex minimo maximum reddidissent. Itaque & opera cujusque, G. manentibus titulis, restituit, & status omnium triumphali effigie in utraque fori sui porticu dedicavit. Professus est edito, commentum id se, ut illorum velut exemplar, & ipse dum viveret, & insequenti ætate Principes exigerentur à civibus. Pompeio quoque statuum contra theatri ejus Regiam, marmoreo Jano suppositis, translata est curia, in qua C. Cæsar fuerat occisus. Suet.

Xerxes Persarum Rex, Themistoclem Atheniensem ob fidem in patriam, vel mortuum affecit honore. Causa enim, & ratione mortis ejus intellecta, Rex opinionem de eo majorem habuit, amicosque ejus, & familiares perpetua benignitate complexus est. Plut. in Themistocle.

PRINCIPIUM.

Cum Xerxes cum classe ex urbe Therna solveret, decem velocissimas naves præmisit, quæ apud Sciatium tres præfidarias Græcorum hostium, Ircæziam, Agincticam, & Atticam repertas ceperunt. In Ægætica miles erat Pythius Isthemi. Vir eod. die præstantissimus qui capta navi, tamen coactus pugnando restitit, donec totus dilaniatus esset. Quem collapsum, non mortuum, sed spirantem, Persæ qui navim ceperant, admiratione virtutis servarunt, vulnibus myrthæ medentes, sicutoneque byssina, & fasciis obligantes: atque in caltra sua reversi, hominem universò exercitui ostentabant admirabundi, probeque observantes: cum alios, quos in eadem jam navi ceperant, tanquam mancipia affererent. Herod. 1. 7.

Judæi propter fidem in militia servatam Selucius Nicanor Syriæ Rex, civitatis sui per Asiam, atque Syriam dedidit. Joseph lib. 12. c. 3.

Severus Imp. posteaquam Nigrum prælio vicit, eoque damnare inciperet, quid illius partes secuti essent: Cassius Clera Senator accusatus, quid fecisse se non negavit, immo liberrimè ostendit, cum casu evenisset, ut partes Nigri sustineret, necessario, quod ei fors obtulisset se secutum esse: ipsum etiam Severum noluisse, quemquam eorum, qui cum eo erant, & suam causam defendentem, proditorum ad alios transgurgere. Severus

Severus licentiam hominis admiratus, libertatemque loquenti A. di. dimidiam ei partem bonorum concessit. Erodus ex Dionis Severo.

Erpo, ab Othone I. Imp. ad Verdensem Episcopatum promotus est, quòd in contentione inter Coloniensem, & Hambrugensem Archiepiscopos, causa Bremenensis Ecclesiæ, quam uterque sui juris esse volebat, ipse tum diaconus addidisset domino suo Adolpho Hambrugensi Archiepiscopo, cum pollicentem esse Otho se primum in ditione Germaniæ vacantem Episcopatum daturum. Eidem quoque permisit, ut monetam suo nomine cuderet, mercatum in loco Ecclesiæ suæ solentem haberet. Venationem quinetiam cervorum, atque cervinam ferarum: qui fuit ab olim servatus honor summus Principibus. Extant desuper literæ datæ anno 985. Crantzii 13. Metropoli. c. 36.

Solymanus Imp. Turcorum, occupata prodicione præfidiariorum militum Germanorum Buda, Nadastrum Ungarum arcis præfectum, qui in dedicationem non consecrasset, ob fidem erga suum regem, libertatem donavit. Jovius lib. 28. Hist.

CONFEDERATOS, SOCIOS.

Ptolemæus Lagi F. Ægyptiorum rex, cum Hierosolymitas pertinacissimè jurandam fidem servare comperit haberet, ex responso, quòd Alexandri legati post Darii cladem dederant multa ex eis præsidia disposuit per arcem: & cum eis, quos occupata Judæa in Ægyptum abduxerat captivos, apud Alexandriam sui civitatis pari cum Mæcedoniis conditione dedisset, sacramento omnes devinxit, servaturos fidem posteros ei, qui tam multa ipsis crederat. Non pauci præterea reliquorum Judæorum spontè in Ægyptum migraverant, partim ubertate terræ allecti, partim Ptolemæi erga suam gentem liberalitate. Joseph lib. 12. cap. 1. Ant.

AMICOS.

M. Antonius Lucilium hostem, ob fidem erga Brutum amicum, vita donavit. Videns enim Lucilium equitum catervam in Brutum effusas se ferentem hinc in campis Philippicis, statuit periculo suo illos inhibere: paulumque à tergo relictus ipse, Brutum se esse indicavit. Et ut ipsis fidem faceret, oravit ad M. Antonium duceret se: quasi Cæsarem timeret, & illi fideret. Plut. in Bruto.

Grimoaldus Beneventanus dux, Unulphum ob fidem in amicum Pertharitum, quem ipse ex invidia veneno tollere volebat, suum fecit cubicularium. Bonfin. 1. 8. Dec. 1.

Senatus Romanus M. Terentium Varronem reum, ob fidem C. erga Sejanum amicum, absolvit Dion. 1. 58.

PATRONOS.

Esti in triumviratu durus admodum habitus est Augustus, tamen in proscriptione, cum eorum notare nomina, quos proferbere volebat, eques tri dignitate ornavit Titum Junium Philippemmenem, quòd non sine periculo patronum suum occulaverat, quanquam per triumvirales leges gravem incurrit penam. Magis enim honestatem, quam leges inspiciendas duxit. Fulg. lib. 6. c. 5.

C. Cæsar Caligula, mulieri libertine odingenta donavit, quòd excruciatâ gravissimis tormentis, de scelere patroni reticulisset. Suetonius.

HOSTES.

Franciscus Sforcia, Eugenii IV. Pontificis copiarum dux in infidias, quas Sigifmundo Malatestæ Foroliviensès tetendebant, incensus inciderat. Hic cum Foroliviensium manu esset, ut sine ipsorum discrimine caperetur, illi ceu amico dextera data, omnia amoris signa ediderunt: eo quòd justus arma Foroliviensibus inferre, id quamquam Apostolici legati repugnantem, nisi indito ante bello agere nolisset, villarumque incendio abstinisset. Fulg. lib. 5. c. 2.

PARENTES.

Achivi, cum Ilium prodicione jam in potestatem Græcorum accepissent, miserati tamen captivorum ærumnas, per præconem edixerunt, ut singuli ex liberis civibus, quod velent, unum aliquod secum auferrent. Aneas igitur cum post deos penates partem etiam senio consecrum sublatum in humeros exportasset, obstupescens hoc pio factò Græci, universas etiam possessiones ei reliquerunt: contentes, eos, qui tantum in deos, & parentes pietatem exercebant, etiam natura inimicos, humanitatem, & dignis modis tractandos esse. Ælian. lib. 3. de Var. hist. 1. 3. Sab. lib. 3. cap. 6. ex Dithy Cretens.

Lex erat, ut qui civium Atheniensium Megara se ad exules contulissent, quibus nullum cum civibus commercium esse L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

placuerat, iis capitale esset. Eò Polyæctus Cytharudes fitebatur se profectum, ut Nicoclem, cui mater sua nupta esset, videret, & consolaretur, quare à Senatu Arcopagino judicatus erat. Populus Atheniensis æqui, & boni, humaniorisque juris rationem habuit, eumque absolvit, quem judicabat miseratione ductum, ac pietate potius Megara venisse, quam dolo malo, consilii que alicujus cum exulibus adversus Rempublicam capiendi causa. Erodus ex Dinarcho contra Demosthenem.

L. Manlio Imperio Dictatori, ob acerbè habitum delictum belli Hernici causa, M. Pomponius Trib. plebis diem dixit. Ejus filius T. Manlius, quem ob ingenii tarditatem pater rus ablegaverat, agrè ferens patrem etiam sua causa à Tribuno plebis vexari, cultro succinctus, omnibus incisus sub lucem Romanam abiit, & recta Pomponii domum petiit, nunciarique per janitorem tribuno jussit, T. Manlium, Lucii F. ad janam itare, qui ejus colloquium peteret. Admissus, secretum à Tribuno petiit: velle enim se remotis arbitris cum eo agere. Omnibus abire jussit, incautum ille Tribunum stridto cultro invadit, atque pœcenti incubans: Nisi, inquit, in ea verba, quæ voluero juraveris, te à patris accusatione desitutum, ego te hie, Pomponi, pacentem transigam. Ad ea pavidus Tribunus periculo adactus in Manlii juvenis verba juravit: dimissoque præstitit fidem, quam coactus dederat. Romani T. Manlium ob eam pietatem Tribunum ejus anni creaverunt. Val. Max. lib. 5. cap. 4. 1. 3. Sab. lib. 3. Enn. 4. Cicero lib. 3. Officiorum.

Opus civis Rom. à Triumviris proscriptus, cum nimio senio debilitatus esset, & filium haberet, qui domi manere ponerat: maluit tamen filium cum vitæ suæ periculo patrem debitorum morti domi paratæ eripere. Sublatum igitur in collicitum magno labore, ab urbe tulit, sub mœdici specie latentem, atque cum eo in Siciliam perverit, ubi Sex. Pompejus proscripto omnes recipiebat. Tandem hac singulari in parentem caritate à populo Rom. patriæ restitutus, ad illis quoque factus est. Fulg. lib. 5. cap. 4.

C. Quintio, M. Acilio Consulibus, Romæ, cum mulier quædam supplicii causa carcere includeretur, filia ejus puerpera humilis, & ignobilis aditum impetraverat, modo ne quid cibi attulisset, itaque à janitore diligenter excussa, nihilominus quòd damnata diutius viveret, Magistratus admirari cepit, & arguebatur commentariensis culpa, atque negligentia: donec filia tandem ipsa deprehensa est matrem suis uberibus alere. Hanc custos ad Quæstorem adducit, factum accusat. Verum tanto miraculo fuit hæc divina pietas, qua puerpera facinus suum excubabat, ut pietati matris salus condonata, ambæ perpetuis alimentis donatæ sint: locus ipse deæ Pietati consecratus. Erodus ex Plin. lib. 7. cap. 36. Sabell. lib. 4. cap. 6. Val. Max. lib. 5. cap. 4.

Capta à Totila Gothorum rege Roma, Rusticiana, five Justiniana mulier nobilis, arrepta in judicium est, quæ Theoderici Regis statuas frangi, delerique fecisset, in patris Symmachi, & Boetii conjugis ultionem, qui Theoderici jussu fuerant interfecti. Factum adeò notum omnibus erat, ut nulla posset excusatione negari. Cæterum mulieris pietas, & amor in defunctos, plus valuit apud clementem Totilam, quam Regia majestas: estque à Rege absoluta non minore benignitate, quam antea Amalafuenta regina, Theoderici filia, liberis Boetii, & Symmachi patrimonium paterna severitate ademptum restituerat. Procopius.

SOCRUS.

Booz Bethlehemitæ, cuius supra meminimus, vir militaris, & locuples, cum pietatem Ruth Moabitidis erga Noemi forcrum intellexisset, eam in agro suo spicas legentem humanissimè tractavit, & postea quoque in uxorem duxit. Ruth. cap. 1. 1. 1. 1. 1.

Admetus rex fuit Theffalorum, ejus armenta novem annis, pavisse fecerit Apollo, quando ob interfectos à se Cyclopas, qui fulmina fecerant, quibus filius Phaethon erat necatus, Olympo depulsus, humana specie apud mortales in penam exulare fuit coactus. Cum autem per humum ab ipso Admeto, apud quem serviebat, tractaretur: ad referendum tam benigno patrono, & domino beneficium, à Parcisi impetravit, ut si ejus fatalis dies adesset, hæc lege mortem eluseret; si vero reperiretur, qui illius vice mortem oppeteret vellet. Recusantibus autem eam conditionem omnibus a mortis, parentibus etiã, quamvis essent decrepiti, vicinicie amicit, & capulares: una Alcestis uxor morte vita vitam mariti redimere sustulit. Cujus beneficii Admetus memor, perpetuos defuncti.

uxoris fletus, luctus, & merores consecravit. Non multo post Hercules, qui, tum circa domanda ubique terram monstra occupabat, ad Alecefidis sepulcrum proficiscitur: & commisso ibi cum Morte prælio, tandem captam, & in suam potestatem redactam adegit, ut mortuam jam vitæ restitueret. Quod ubi accidisset, eam quasi novam quandam, & juvenili forma indutam, ad Admetum adducit, rogatque, ut eam puellam, quæ in quodam certamine præmium victoriæ sibi obtigisset, apud se custoditam fervet, donec redeat. Cum autem Admetus minimè decere pronunciaret, ut puella venusta apud se tristem vivere, & lugentem demortuam conjugem, idque officii servanda puella detrectaret, cum tandem suam Alecefidem esse agnovisset, letus induxit choros, & festos dies suis civibus. *Euripides in Alecefide.*

Agricola Lentifcolensis in Neapolitano regno, cum juxta mare agrum coleret, uxoreque ab eo aliquantisper disjuncta à piratis Mauris capta esset: statim ut uxorem non apparere, tritemque piraticam haud longè anchoras jecisset confexit, ad tritemque statim adnavit, atque ejus gubernatore vocato, dixit: Se idcirco venisse, quod sequi uxorem statuerit. Quam rem cum Mauri non sine ingenti admiratione audivissent: B atque eam postea per ordinem Functenti Regi narrassent, tanta hominis charitate rex mortus, & virum, & uxorem liberos esse jussit, atque inter regis custodiæ milites virum adoptavit. *Fulg. lib. 4. c. 6.*

Craterem Thebanum Cynicum ob amorem uxoris Hipparchiæ omnes honoribus affecerunt. *Lud. Vives de officio Mariti.*

DOMINOS.

Athenienses terros, qui bello Aeginetico fideles se dominis suis præstitant, publico sepulturae honore affecerunt. *Vide Tit. Sepulturae locus virtutis ergo concessus.*

Pomp. Rom. justitiæ causa motus à Triumviris petiit, ut is servus libertate donatus præmium acciperet, qui in spelunca, in qua ejus latebat dominus, ipsius loco se constituit, ut pro ipso moreretur. Et mortuus esset, servato domino, nisi à conservo detecta res fuisset. Qui ob eam rem muneris loco, quod ei triumvirali decreto debebatur, cruci affixus fuit. *Fulg. l. 6. c. 5.*

OBDIENTIÆ PRÆMIA.

Cyrus Persarum Rex militem (qui eum hostem interfecit) gladium eduxisset, & classico auditu, ictus cohibuisset, hostemque dimississet laudasse dicitur, eo quod militarem legem pluri, quam hostem fecisset. *Alex. ab Alex. l. 1. c. 20. ex Pædia Xenoph.*

Carolus rex Gallorum confueverat à cibo pomum decortatum, & in partes concisum comedere. Assistentibus ergo tribus filiis, ingenii, & obedientiæ illorum periculum facturus, maximo natu Gobando particulam pomi cultello porrigenis: Accede, inquit, & è manu patris bolum sume. Ille verò aulico more id reculare, seseque indignum, cui rex ministraret, dicere. Tum Carolus medium similiter allocutus, cum is omnia paternæ pietatis, & prudentiæ sese debere fateretur, & pomum apertore susciperet, pro eo obedientiæ Regem Galliarum declaravit. Inde natu minimum Lotharium fratris exemplo cautiore factum, & vocatum accedentem, Regem Lotharingæ fecit. Gobandus aulicissimi penitens, patrem reconciliaturus accedit. Quando ita vis, o pater, mihi quoque pomi partem largire. Cui Carolus: Tibi verò, nec pomum, nec regnum superest, respondit. Hinc proverbium apud Gallos ortum, Gobande, sero os aperuisti. *Jo. Paulus in Spudopædia hanc fabulam recitat, ut res nulla, inventionem tamen aliqua.*

TACITURNITATIS PRÆMIA.

Leana meretricula, cum nullis tormentis adduci potuisset, ut consilia Hermodii, & Aristogitonis tyrannicidarum decederet: statum apud Athenienses aneam meruit, Iphicratis opus, Leanam scilicet, cui ob taciturnitatem lingua adempta esset. *Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 30. ex Plin. lib. 34. cap. 8.*

Pappyrus ob taciturnitatem eorum, quæ in Senatu consultabantur, puer etiamnum, prætexta à Romano Senatu donatus est. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 6. & Gallius lib. 1. c. 23.*

VIGILANTIÆ PRÆMIA.

Leo, Constantinopolitanus Imp. vigilantiam, & fidem suorum custodiam exploraturus, per medias eorum stiones noctu mutato habitu solus pererravit. Ibi à primis custodibus deprehensus, viginti se liberavit aureis. At cum in tertiam in-

cidisset, pugnis, flagrisque cæcus carceri traditur. Posteaquam verò custodiarum magistro multis signis confirmasset se Imperatorem esse, duabus auri libris illum donatum jussit dicere custodibus, quæ noctu cepissent, carcere effracto fugisse. Manè Imperator vocatis custodibus, eos, qui pecunia corrupti erant; bonis multatæ urbe expulit: qui vero eum eorum custodiæ mancipaverant, dorsum eis ex flagris lividum ostendit, eosque magnis muneribus locupletavit. *Cuspin. A. D. ex Zonara.*

Antigonus rex, milites nonnullos intuits thoracatos, & galeatos pila ludentes, gessit, ut scilicet eorum præfectos, ut eos laudaret, Quos ut accepit potare, illorum præfecturas attribuit militibus. *Plut. in Regum apoph.*

ANIMADVERSIONIS JUSTIÆ PRÆMIA. ERGA IMPROBOS IN GENERE.

Artaxerxes Rhaconem Persam, propter justitiam in filio corrigendo, in judicium numerum legit. Is enim Cartonem minimum natu filium, paternis monitiones, & castigationes aspernamem, ad judices adductum, commemoratis ordine ejus scelcribus, obnixè postulavit à judicibus, ut ad mortem raperent. *Aelianus.*

M. Catonis Censuram, quamvis renitente nobilitate Rom. F populis mirificè comprobavit. Siquidem cum poneret ei statum in ade Salutis: non imperia inscripsit, nec triumphum Catonis, sed quod remp. Romanam ad pravos mores declinantem, ac vergentem, bona disciplina, sanique institutis, & præceptis censor corripisset. Et quidem antè deriderat eos, quos ea res delectabat: dicebatque non intelligere eos, quod ob statuariorum, & pictorum opera sibi placerent, cum imagines pulcherrimas suas in animis suis circumferrent cives. Ad eos, qui mirabantur, cum status multi homines obscuri haberent, ipsum non habere: Malo, inquit, quæri, quare nulla mea statua extet, quam quare extet. *Plut. in Catone.*

TYRANNOS.

Romanae mulieres Junium Brutum, ob læsam Licetæ pudicitiam, Tarquiniorum infestatione insigniter vindicatum annum integrum luxere. *Sabell. lib. 7. cap. 1.*

ERRIOS.

Apud Indos si qua mulier regem ebrium occiderit, munus habet, ut cum illius successor jungatur, succedat autem filii. *Strabo lib. 15.*

PUDICITIÆ INSIDIATORES.

Captus ab Alexandro Thebis, atque ejus urbis præda exercitui concessa: quidam ejus milites I hraces, Timoclea nobilis femina domum ingressi, bona omnia diriperunt. Ipsorum autem militum præfectus, ea nocte mulierem, ad augendum majore injuria ejus cladem, ut secum miseretur, coegit. Arbitratus autem ea re factam amicam, petiit, An conditum domi aurum haberet? Ad quam rem illa, tantæ injuriæ minime obliterata memoria, respondit: In sicco puteo auri vim magnam deposuisse. In eum avarus hostis dum diligenter veniret, sine ullo arbitro, nec alius in luci partem veniret, Timoclea pedibus sublatum, in caput ad fundum putei dejecit, atque saxis illum obruit. Cum rem comites rescivissent, ac Timocleam ad Alexandrum Magnam deduxissent: Alexander ut rem intellexit, non modò pro homicidio in mulierem non animadvertit: sed restituit etiam bonis, unà cum liberis immanitate donavit. *Fulg. lib. 6. c. 1.*

Lulius, C. Marii ex sorore nepos, cum Marius iterum consul esset, vim admovit militi cuidam adolescenti, nomine Trebonio: at is Lulum interfecit. Id factum multis inculantibus non infansus est adolefcens se duccem suum interfecisse: sed causam addidit, ac probavit. Marius itaque, cum jussisset adferri coronam, pro facinore in bello præclarè gesto dari solitam, Trebonio imposuit: gravi exemplo monens cæteros, ne simili modo tentarent adolescentem pudicitiam: quando non solum absolvit, verum etiam coronavit eum, qui & Imperatoris cognatum, & duccem suum ferro necasset. *Plutarch. in Rom. Apoph.*

Barangus quidam (sic autem vocabantur satellites Imper. Michaelis Paphlagonis) Thraecenim Mulierem ex supra appellavit, ac recusanti vim inferre aggressus est. Ea barbarum, correpto viri acinace, in cor ferit, ac statim necavit. Quod factum cum per viciniam innotuisset, connivere cæteri Barangi, & mulierem coronavere, omnibus etiam bonis ejus, qui ipsam voluerat violare, donatam: ipsum autem insepultum abjecerunt, ut lex jubet eos, qui sibi mortem conciverunt. *Cædrenus.*

CORPORIS BONIS PRÆMIA DATA, HONORES DELATI. UTPUTA ROBORI.

Ex Titulo, Athletarum, non pauca hæc quadrabunt. Illis Roboris, hic Præmium jussè dari habetur ratio.

Jeroboam Ephraeas, Salomonis servus, cum in diruendis muris Hierosolymorum robur suum ostendisset, à Salomone tributo Josephæorum contribulium suorum præpositus fuit. *2. Reg. 11.*

In Meroe, apud Medos, & Æthiopes robustissimus in regem eligebatur. *Alex. lib. 4. cap. 23.*

Bithon, inquit Pausanias, taurum humeris gestabat; qua admiratione, statua quoque apud Argos dignus est habitus. *Cælius lib. 11. c. 13. A. L.*

Cum Alexander Callisthenem philosophum, quod Persicæ salutationis pompam indignanter ferret, truncatis membris, abscissisque naribus, ac naso, labisque, cum cane in cavea inclusum ad metum cæterorum circumferret, Lyfimachus Macedo miserus præceptoris sui, non culpe, sed libertatis precans pendens, venenum ei in remedium calamitatum dedit. Quod adeo agrè Alexander tulit, ut cum obici ferocissimo leoni juberet. Sed cum ad conspectum ejus concitus leo inmensum fecisset, manum amiculo involvutam Lyfimachus in os leonis iniecit, arreptæque lingua feram exanimavit. Quod cum nunciatum Regi esset, admiratio in satisfactionem cessit, cæteramque eum propter constantiam tanta virtutis habuit. *Pausanias in Attici.*

Clazomenii Herodoto, quod primus ex ea civitate Olympicorum ludorum victor esset declaratus, victis in stadio pueris, statum in Alti posuerunt. *Pausanias lib. 6.*

CELERITATI.

Consule Titulum, Certaminum fecunditatis.

Alitemii Libyes cunctos pedum celeritate est supergressus, unde & apud Argivos statua est ornata in Veneris templo, quam vniopos dicunt. *Cælius lib. 11. c. 13. A. L.*

C Lescio l. Polonorum rege, sine liberis defuncto, placuit indito ad certam diem maculoforum equorum cursu, qui primus ad metam pervenisset, ejus dominus, ut princeps esset cunctæ Poloniæ. Ibi cum Lescus quidam juvenis stadium vasto consilio, stratis clam in tabulo ferreis hexagonis, five stylis cæcis, quibus currentium equorum pedes laderentur, impediisset, & ipse obliquo, & minime impedito tramite primus ad metam pervenisset, Polonorum rex quidem creatus est. Ad dolo comprehenso, protrahitur in medium, convincitur, damnatur, discerpitur. *Cromerus, lib. 2.*

Es sippæ xoris, id est, in ostio formosus, Deius, qui adamantur, vulgòque gratiosi habentur. Sumptum è Veterum consuetudine, qui tormosorum, aut amatorum nomina; arboribus, foliis, ac parietibus inscribebant, è dæiva xoris. *Erasin Adagiis.*

PULCHRITUDINI, FORMÆ.

Vide Titulum, Certamina forma.

Hester Judea propter formam à rege Artaxerxe in matrimonium ducta fuit. *Hester 2. cap. 19. 7. cap. 11. c. 6.*

Pulchritudinem tantu fecere Barbarorum plerique, ut magno operum non alios capacios putent, quam quos eximia specie donent amplius naturæ potentia inenarrabilis dignata sit. *Aristot. lib. 1. Polit. c. 5. Quin & formosiori occurrisset cuiquam, omen condebatur præstantissimum: at deformis; inauspiciatissimum. Nam & Imperator Adrianus ex Mauri occurru, ingrævere sibi extrema concepit. Ad quod spectare videtur Juvenalis illud Satyricum.*

Et cui per medium nolis occurrere noctem. *Cælius lib. 24. c. 9. A. L.*

Viros pulcherrimos in reges accipiunt Æthiopes, qui Immortales appellantur, ut affirmat Bion. in rebus Æthiopicis. *Athen. lib. 13. cap. 7.*

In Cathæ India regione pulchritudinem plurimum excoli dicunt, ut equorum, & canum. Et Onesicritus auctor est, apud eos regem pulcherrimum eligi. Puerum verò post duos menses, quam natus fuerit, publice judicari, utrum legitimam formam habeat, & vita dignam, necne. Eumque etiam ab eo judicatus fuerit, qui rei præest, vel vivere, vel interiri. Tingi etiam mentum ejus multis, variisque coloribus ornatus. *L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.*

gratia. Et multos ex Indis id studiosius facere, regionem enim colores admirabiles & capillis, & vestibus, tingendis E ferre. Homines cæteris in rebus fugales esse, circa ornatum autem curiosos. *Strab. l. 15.*

Apud Sopithas Indos, corporis pulchritudo præ omnibus in magna erat æstimatione: atque in ipsa statim infantia puerorum discrimen faciebant, qui membra, ac naturam ad bonum corporis statum, & robur idoneam habere viderentur, eos educarent. Quibus corpora essent infirmiora, iis alendi curam impendere supervacaneum existimarent, ac mortem inferrent. Pariter & in matrimonii contrahendis, neque dotis, neque magni apparatus, sed formæ duntaxat, & proceritatis corporum ratio habebatur. Propterea carum civitatum intelligentæ cæteris hominibus specie honesta longè præstant. Rex Sopithas & insigni forma, & corporis magnitudine cubitis quatuor eminentiori spectabilis: Alexandro Magno obviam è regia sua progressus, se, & totum regnum in ejus potestatem dedit, atque illud à benigno victore rursus obtinuit. *Diodorus lib. 17.*

Lycurgi lege sancitam erat apud Spartanos, ut infantes forma liberali publicè liberaliter educarentur: mancus verò, & deformis, in loca vasta prærupta exponeretur. *Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 25.* Admiratione dignus putatur Sparta vir pulcherrimus, pulcherrimaque mulier, cum Sparta mulieres ferat pulcherrimas. Quamobrem de Archidamo rege narrant, quod cum muliere formosa neglecta, divitem delorem duxisset, Ephori eum multarunt, quoniam pro regibus regulos eisignere elegisset. *Athen. lib. 13. c. 7.*

FOECUNDITATI.

Consule Titulum, Certaminum fecunditatis.

Apud Perfas secundum bellicam fortitudinem præcipuè digna censetur viro, numerosa sobolis procreatio ex uxoriibus justis, & pellicibus: & qui plurimos ediderit liberos, ei rex quotannis munera mittit. *Herod. l. 1. 19. Strabo l. 15.*

Reges eorum si quando urbem adirent, singulis mulieribus ad sobolis invitamenta singulos aureos dare consuevere, prægnantibus etiam duplices. *Alex. ab Alex. l. 4. c. 8.*

Apud Spartanos lex erat, ut qui tres filios suppeditaret, Recipias ab excubiis liber esset: qui vero quinque, ad oneribus publicis immunitatem haberet. *Aelian. lib. 6. de Var. hist.*

Romuli lege, mulieribus, que trium liberorum matres farent, etiam vivo patre testari, & sine curatore de bonis disponere, negotiaque alia gerere, permillum erat, viroque decedente sine liberis, omnium bonorum hæres uxor erat. Si vero cum liberis, æqualem bonorum partem cum liberis ferebat. Utque non severa, & tristis, sed læta, atque hilaris illorum pudicitia foret, uxoriibus, nec molere, nec coquere, ut alio feruilli munere fungi permisere: nuptiasque pecuniarum, & fortunarum viri, sacrorumque focias esse jussere Romani. *Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 8.*

Romani veteres, Præuras, Quæsturas, Consulatus, alioque honores in comitiis iis tantum dedere, qui matrimonii vinculo ligati, plurimorum filiorum parentes essent. Quare exemplis palam factum novimus plures candidatos, cum ad comitia, & campum descenderent sicis adoptionibus, liberos sibi pessimo more ementitos fuisse. In magistratibus obcun- H dis plurium liberorum pater pauciores liberos habenti, aut sine uxore degenti, præferebatur. *Idem.*

Apud Tartaros à viru nulla pro uxore habetur; donec pepererit, & tunc dotem à parentibus accipit. Sterilis pro viri arbitratu retineri, aut expelli potest. *Bosfin. lib. 8. Dec. 2.*

SEXUI.

Apud Ægyptios viri deorum omnium, & deorum sacerdotum sunt. Feminae nullæ. *Herod. lib. 2.*

Lycii legibus utuntur partim Cretensium, partim Carum. Hoc unum præter cæteros homines pro lege habent peculiare, quod à matribus nomina sibi ipsi induunt. Et si quis obvium perconteretur, quoniam sit, quæve familia ortus, à matribus, avisque genus suum reperit. Si qua ingenua servo nupserit, liberi, qui ex his suscipiuntur, ingenui, atque nobiles existimantur. Sin autem vir, vel inter cives primarius uxorem duxerit externam, aut pellicem: suscepti ex his liberi reputantur minime ingenui. *Herod. lib. 1.*

Lacedæmoniis mulieres adhibere publicis conciliis illasque frequenti curia in exequendis negotiis focias affluere.

